

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

LIX. Iohannes Trithemius, Hermanno Bvschio Monasteriensi poetæ S.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

## MILIARES

ticam obseruantiam iniulatum cudi-  
nfacito, quos omnes in charitate dei  
auarij Anno Christianorum, M.D.VI.

OANNI TRITHEMIO ABBATI  
hemius frater.

ant gaudium, quibus te sanum dis-  
cum cupis. Tenet breuiter, medietate  
Post tuum à Neometri recessum ad V-  
ratus, in exponendi hominis & mo-  
rum toruis me vibrare ocellis, amplexu-  
centem. Nolui ergo diutius manuca-  
rum sunt memores, nec promissum  
onia scriptor seruui, & proprie-  
tum mihi sine fructu expendi, vel inven-  
nui. Ecclesia, quam mihi assignare re-  
lationis sacerdotalis cum vice officia  
st mihi animus apud illum manebat. V-  
as eius, perrexisse mque in Marchiam.  
Contempta igitur vanissima sive Tro-  
i, quousque per singulos gradus ad eam  
am quod horraris, & cum Damo nra  
mensis Nouembri anno 1505.

COBO TRITHEMIO FILI-  
alutem.

i bene est. Non latebat nos cui sensim  
quimus dudum experti. Sed quoniam  
cris imputandum. Quamprimum pos-  
it seneccutus sue curam habeat, nolite  
nobis ut confidimus necessarii sene-  
cneheim nunquam revertantur. Remis-  
nos ad monasterium quantocum  
mentes hominum plenus explorata  
normiter decepti. Cum ergo Neome-  
tus frarum animi, & tum demissus  
e foris contigerit, nihil ad nos quippe  
inprobis omnibus magis eligimus. Vnde  
in M.D.VI.

ECENSIS, IOANNI TRITH-  
EMIO. Salutem.

obos & in clytos philosophos lambic-  
quonam se modo apud tuam patrem  
que in eos amore putauimus requiri-  
ex eis requirendum putauens, co-  
, Tantalic phiala amicitia firmat  
iur vel ocio torpescant, vel nequati-  
comptuique, vi fieri solet, habentem  
Credimus etiam à te defaginas do-  
pater admodū vteris, censor pertinat  
constate pace redire sinito. Si autem in-

## IOHANNIS TRITHEMII.

487

ad conferendum quod habes superest, explore atq; ad saturitatem honestissimi viris frui-  
to, ac demum ut nostras reuasant ædes age. Vale felix fausteque, nosque te adamantem a-  
ma. Ex Lubus 27. die mensis Ianuarij anno dominice nativitatis 1506.

## L VIII.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI THEODORICO  
Episcopo Lubecensi Ioan. Trithemius salutem.

**I**AMBLEICVM tribus ferime apud nos mensibus honestissime habitum, quod pulchri-  
tudo vultus declarabit, vt rediret ad te dominum suum, officio legationis sua iam pul-  
chre peracto, sacratissime præfus, concessimus. Annuit lubens, quanquam nostram mi-  
nimè abhorret hospicium, quippe qui nostra dudum familiaritate vsus nulla iam for-  
midine tangitur. Centuram non timet monasticam, vrpote qui longa consuetudine  
moribus nostris assuefactus, optime iam intelligat nos viri sapientis imitari consilium,  
quo nouerimus cum singulis de sua facultate habere colloquium. Scimus enim lambili-  
co teste, neque cum monacho de philosophia tractandum, neque inter philosophos de  
religione claustralium esse disputandum. Suo quæque loco seruamus, cum illis mona-  
chum, cum istis exercendo philosophum. Hoc vnum forsitan hospiti nostro potuit esse  
molestum, quod in Vrsulo solus nobiscum consisteret, qui cum tribus fere millibus in no-  
stro consueuerat monasterio versari. Hicenim peregrinamur à nostris inter paucos, non  
vt volumus, sed vt possumus philosophantes. Suscipe lambicum tuum doctissime præ-  
fus, quem ad tuas ædes mittimus, gratias de humanitate in nos tua referentes, nostroque  
vt lobet ministerio vtere. Vale & nos commendatos intuere. Ex Vrsulo, 4. mensis Februa-  
rii anno 1506.

## L IX.

IOHANNES TRITHEMIVS, HERMANNO BY-  
silio Monasteriensi poeta S.

**C**V M iterageremus de partibus Transhenani per oppidum Lypseum ad Marchiam  
Brandenburgensem, te illic esse nobis minime constabat. Audieramus enim Colo-  
niae te in Louanio tuas profiteri literas, & propterea Lypsiæ nullam tui fecimus inqui-  
sitionem. Iam vero Georgio Sibuto poeta nostro referente cognouimus te iuuentutem  
Lypseum literis erudit mundanis optima conditione proutum. Congratulamur tibi  
quod rebus tuis bene sit consultum: hoc vnum te monentes, ita vivendum, ne moribus  
destruas eruditionem. Non decet virum eruditum etiam si poeta sit, esse laicium, non  
ebrietatis seclatorem, non muliebrem, & luxi deditum, quæ omnia cito perdunt vitum,  
vt quidam cecinit dicens:

O hōs ἀγαλλόπαδον τοῦ ποτηρίου ιππών  
Οξετέρην τείμετον τὸν ὄδον τοῦ καιδῶν  
Vixum & balnea, & circa Venerem amor,

**40** Velociorem parant viam ad infernum.  
Hoc & Maro ille tuus monuisse fertur pulcherrime in paruo traclatu suo de vino &  
Veneri, vbi multa paucis absoluunt dicens:  
Ne Veneris nec tu vinicapiaris amore  
Vno nanque modo vina Venusque nocent.  
Vi Venus energet, vires sic copia vini,  
Detenuat gressus debilitatque pedes.  
Multos cercus amor cogit secretas fates,  
Arcanum demens detegit ebrietas, &c.

Rogatus Anacharsis quo pacto quis abstemius fieret, stirpes, inquit, ebrio foram mo-  
30 tus sibi ante oculos ponat sobrios. Ait enim vitem vnas tres ferre, primam voluptatis, secun-  
dam ebrietatis, tertiam mororis. Hinc effullit Lucij Apulci Floridorum libro tertio,  
sapientis viri supra menam celebre dictum. Prima, inquietus, cratera ad stirpem pertinet, secunda  
ad hilaritatem, tercia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Nihil turpius homine ebrio, cui fo-  
ctor in ore, tremor in corpore, furor & obliuio in mente, qui stulta promit & satua, occulta  
producit in publicum, cor palpitat, facies sanguine rubet. Quæ omnia Flaccus pulchra  
breuitate complectens dicebat:  
Quid non ebrietas designat operi & recludit,  
Spes iubet efferas, ad prelia trudit inermem,

SS 4

Trithem  
Operum  
Historia

488

EPISTOLÆ FAMILIARES

Sollicitus anjmis onus eximit, ac docet artes,  
Fæcundi calices quem non fecere disertum?

Nihil est in Dæmonibus (vt Chrysostomus ait) sicut ebrietas & lascivia, quæ est mater omnium vitiorum, placidum & amicum, & nihil adeo contrarium sicuti sobrietas, quæ est mater omnium virtutum. Quid aliud ebrietatem putabimus quam voluntariam hominis insaniam, quæ mentem euerit, memoriam tollit, obliuionem inducit, debilitat corpus, animam occidit? Nemo vino & ebrietati deditus vir bonus esse poterit vñquam, neque sapiens, neque doctus, neque fidelis, neque utilis alieui neque honore alioquo, neque memoria dignus. Tu ergo, Burchi, fuge omnes animi pestes, vinum & venerem maxime, quorum visu nimio virtus eneruatur omnis, mens cæxutiat, & fama in opprobrium cunctis exponitur. Parce oculis tuis, qui vtroque malo te nimium volente, perculsi, fluxu & rubidine iam pene destructi sunt. Parce rebus & substantiæ, quam docendo laboriosacquisitis, ne senior factus mendicare cogaris. Memento quod sicut poeta dicit. Vino forma pertinet, vino corrumpitur ætas. Vino saepe suum nescit amica virum. Et quod Aristoteles dixit: quin non de facili potest inuadiri qui est sobrius & vigil, sed qui ebrios est & dormiens, mortuo similis, facile capitur. Admonitionib. nostris & parcas, & acquiescas oramus: tu enim quod te diligamus non ignoras, & nos quod freno indigetas scimus. Circa festum dominice Ascensionis reddituri ad Rhenum tecum largiente Domino constituemur, latius de his que menti nostræ insunt collaturi tecum. Inter ea vale sanus. Ex Berlin prima die Martij anno 1506.

L X.

IOHANNES TRITHEMIVS ABVAS SPANHEMENSIS, CONRADUS  
venerabilis Abbatii monasterii sanctorum Valdrici & Africæ  
in Augusta, Salutem.

**O**RTA post cruentissimum Palatinum bellum in me quorundam hominum iniuria propter ipsum principē meum, cum essem apud eum Heidelbergæ, ad sextum diem mensis Aprilis, ne quid sequeretur deterius à monasterio meo ad tempus me placuit elongare. Interea Rex noster Maximilianus conuentum apud Coloniam Agrippinam ad caput mensis Iulij principibus indixit, quo & ego vocatus per certos principes nauigio descedi. Soluto tandem post dies 30. consilio principi, busque ad sua retentibus, ego cum serenissimo principe electore loachim Brandenburgensem Marchione, de confensi principis mei Palatini senioris saepe & multum rogatus Marchiam intraui. Priori meo interim regimine monasterij Spanhemensis commisso. Et nunc quidem hic sum propositum habens post festum resurrectionis dominicæ reuertendi ad propria, & iuxta rerum dispositarum ordinationem sicuti inuenero, vel mutare vel continuare cōsilium. Venissem quam libens Augustam ad prouincialem ordinis nostri conuentum, si Princeps vt ante Pascha hinc abirem, annuisser, speraremque rebus meis bonum consilium apud patres inuenire. Sed quia morem gerere tanto principi necesse est, tua paternitati vices meas duxi committendas, vt iuxta procuratori tenorem, quod anno priore, cum propter bellum inter ciperetur conuentus patrum prouincialis, ad te cum pecunijs miseram, agas, & pro me coram præsidentibus compareas, meoque nomine singula, iuxta consuetudinem ordinis perficias, & necessariam mei absentiam reddas excusatam. Quod vt velis faciasque mutua inter nos amicitia intuitu, te etiam atque etiam rogo. Si quid me scire tuarum volueris cogitationum, rescribe, ipsasque literas tuas huic nuncio principis mci trade, quoniam proficiens ad Saltzburgam, expedita legatione sua ad nos per Augustam reuersurus es. Rationis nostræ transfactæ præsidentiæ chirographum abbati Nurenburgensi memineris consignandum. Vale ex Berlin, 24. Martij anno 1506.

L XI.

IOHANNES TRITHEM. GEORGIO SIBVTO  
poetæ laureato Salutem.

**A**VDIVIMVS te cum Hermanno Trebellio in ijsse certamen, quod non fecisses melius iudicaremus. Tuæ non congruit ætati scriptis lacerescere sénes, & pro lana caprina (vt quidam ait) gerere bellum. Magis te iuuenem deceat audire seniores, & discere ab eis, non contempnere aut inuidere melioribus, etiam si melius sapias. Verificatur in te Hesiodi poetæ sententia dicentis:

xvi